Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Pietas Novissima Fato Inopino Quidem; Sed Placidissimo & Beatissimo. Optimi Parentis Dn. Henrici Rahner/ Inter summus luctus

Rostochii: Kilius, 1662

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776799223

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN

Mauritius, C.

auf

H. Rahne.

Roſtock, 1662. /a

10. 1. 2.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776799223/phys_0001
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn776799223/phys_0002
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776799223/phys_0004
DFG

PIETAS NOVISSIMA
FATO
INOPINO QUIDEM; SED
Placidiſſimo & Beatiſſimo.
OPTIMI PARENTIS
DN. HENRICI Ragner/
Inter ſummus luctus
Exhibita
â
SUPERSTITIBUS FILIIS.

ROSTOCHII,
Typis JOHANNIS KILII, Acad. Typogr. 1662

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776799223/phys_0005
DFG

QUis ferus ille meas allapſus rumor ad aures?
Quiſve ſtupor mihi nunc pectora cepit iners?
Obſtupui, mens ipſa mihi cum voce receſſit,
Exhaurit lacrymas & dolor ille meas.
Ah, Pater, unde meas nunc ordiar, alme, querelas,
Quas miſero mihi non finiet ulla dies?

Tranſmiſit ab ipſo dolore truncatum Carmen in deſideratiſſimi Parentis exſequias

Conradus Rahne.

TE vivo fuit, o Pater o! mihi vivere dulce,
Hei quam dulce foret te moriente mori!
Et tamen eſt, fateor, grata hoc mihi nomine vita,
Quod tibi, quas fundam, ſufficiat lacrymas.
Atq; utinam plures oculos natura dediſſet,
Quis poſſim aſſiduos flere dolere dies!
Verba tamen poſtrema damus. Stat pectore luctus.
Deficit officio mensq; manusq; ſuo.

Inter lacrymas ſcripſit optimo Parenti mœſtisſimus

LAURENTIUS RAHNE/

Me

ME miſerum! quali, GENITOR dulciſſime, plangam
Te leſſu? luctus qualia ſigna dabo?
Qualia ſigna dabo? vox interclusa tenetur
Faucibus, & gelido frigore membra rigent.
Ah Pater! Ah Pater! Ah caram ſemel adſpice Matrem!
Ah ſemel & gnatis baſia ſige tuis!
O fruſtra, fruſtra gemebundo pectore ploro!
Vitæ nulla oculi ſigna, nec ora, ferunt
Corpus inane animâ jacet, unus gutture ronchus
Ducitur, exſpiras, claudis & ora PATER!
Heu vivus morior! ſqualet ſine ſanguine vultus,
Nec pes ire poteſt, nec mea lingua loqui.
Matrem lætifluo, BONE JESU! reſpice vultu,
Orbatos recrea nos bonitate tua!

Mœſtiſſimô animô Deſideratiſſimi DN. PATRIS *ſui obitum nimis inſperatum ita lugebat, madidisq; oculis deplorabat*

CHRISTOPHORUS Rahne/Sch. Patr. in præſens alumnus.

SIccine pallentes raperis, Pater alme, ſub umbras?
Nocteq; perpetuâ lumina clauſa jacent?
Tute quidem moriens nobis æterna relinquis
Lamenta. O fatum præcipitesq; rogos!
Siſte tamen lacrymas, genitrix pia, ſiſte querelas.
Nunc animam veræ reſtituit patriæ.

Summo dolore ſcribebat
Joachimus Rahne.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776799223/phys_0009
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock

http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776799223/phys_0010

DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn776799223/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn776799223/phys_0012
DFG

QUis ferus ille meas allapſus r[…]ures?
Quiſve ſtupor mihi nu[…]ra cepit
in[…]
Obſtupui, mens ipſa mihi cum voce[…]
Exhaurit lacrymas & dolor ill[…]
Ah, Pater, unde meas nunc ordiar, […]relas,
Quas miſero mihi non finiet ul[…]

Transmiſit ab ipſo dolore t[…]rmen in
deſideratiſſimi Pa[…]ias

Con[…]Rahne.

TE vivo fuit, o Pater o! mihi viver[…]
Hei quam dulce foret te morie[…]
Et tamen eſt, fateor, grata hoc mihi n[…]
Quod tibi, quas fundam, ſuffici[…]s.
Atq; utinam plures oculos natura ded[…]
Quis poſſim aſſiduos flere dolere[…]
Verba tamen poſtrema damus. Sta[…]uctus.
Deficit officio mensq; manusq; ſ[…]

Inter lacrymas[…]no Parenri
[…]imus

LAURENTI[…]HNE/

Me